





INC. 332

T. 884750

C. 1000206376

S. A. lit. I. cap. 4

INC
337

~~Ref~~
35

Flosculus sacramentorū editus
a Petro fernandi de villegas
arcidiacono ecclesie burgen. .
In quo quicquid ex sacramen-
tis scire clericum oportet bre-
uissime continetur.

Prohibido por

el Sto. Oficio,

é impreso, si no me equivoco,

en Sevilla en el año de 1902.

por Stanislas Polono

Petrus fernandi de villegas archidiaconus
ecclesie Burgen. dilectis fratribus suis presbyteris et aliis
clericis sui Burgen. archidiaconatus. Salutem et sinceram
in domino caritatem.



Epe mecum ipse cogitavi fratres
mei dilectissimi quod ego vobis po-
tissimum offerrez quod mei amoris
ad vos esset memoriale: et nostre
necessitudinis testaretur officium.
Est enim tanta inter nos necessi-
tudo: ut quacumque aliam carnalem vel
sanguinis vel amoris merito supe-
rare credat. testante Hieronimo

qui ad episcopos amicos scribens iungat inquit epistola quos
iunxit sacerdotium: imo carta non dividat quos christi nectit
amor. Consueverunt enim qui se mutuo diligunt nonnullis in-
ter se oblatis muneribus dilectionem ipsam testari. nequit
enim amor diu occiosus manere. unde alibi scribitur probatio di-
lectionis exhibitio est operis. Et quia hi quos caro et san-
guis coniunxit officia sua carnalibus inuicem testantur muni-
bus: nos qui spiritu dei et ecclesiastica dilectione coniuncti sumus:
spiritualibus par erit consolationibus munerari. nec quicquam ali-
ud vobis iocundius offerri posse existimo (ut palas viua vo-
ce in visitationibus quas annuatim conferimus sepe testati
estis) quam breue aliquod compendiolum quod magis quottidia-
na et necessaria ex rebus sacramentorum (tanquam flosculos decer-
ptos) contineret. Scripserunt autem de re ipsa plures sapientes
viri et docte quidem atque vberissime. nouissime autem Antoninus
florentinus antistes (vir quidem sanctissimus) quod doctrina et
sanctitate secula nostra ornauit. Guido preterea de monte
roberti qui manipulum edidit curatorum. Clemens fancij de

vercial hispanus archidiaconus de valderas in ecclesia le-
gion. qui sacramentale librum hispana lingua cōposuisse
dicitur. Alter item qui monuale breuius copilasse satis vti-
liter fertur. Nicolaus de ploue decretorū doctor qui tracta-
tum sacerdotalem de sacramentis et diuinis officiis edidit.
Sed dum hi omnes pro sapientia sua omnia completi co-
nant: minus ex eis nostre memorie cōstat retineri. Quo-
niam pro ignauia ac secordia (quibus tempora nostra cor-
rupta sunt) diu plura nobis spiritualia pponuntur: minus
recipi contingit. Cogitavi itaq; pauca (et ea quidem prene-
cessaria: et q̄ quotidie in ore et manu versantur) vobis de-
cerpere: quo magis illa pro sua breuitate amplectamini. qz
iuxta Gregorium in omelia. Libaria que minus sufficiunt
avidius sumuntur. Et quia flosculi sunt (vt predixi) ex re-
bus sacramentorum: flosculus sacramentorum hic libellus
nominetur: nisi vos aliter censeatis. Valete et mei memo-
res in diuinis rebus semper estote.

Remittamus igitur q̄ sacerdotes populi christia-
ni doctores sunt et preceptores. dicente dño. Vos
estis sal terre. idcirco in eis ignorantia turpissima
est: et peccatum mortale si ignorant facere officium suum.
quoniam ars artium est regimen animarum. Quapropter
talis ignorantia est ab his summo conatu fugienda. Quia
vt est textus in capitulo. Ignorantia. trigesima octaua di-
stinctione. Ignorantia inquit mater cunctorum errorum:
maxime in sacerdotibus vitanda est: qui docendi officium
in dei populo susceperunt. Idem in capitulo. Sit rector.
quadragesima tertia distinctione. Et in multis locis. De
sacerdotum autem ignorantia q̄ sit periculosa et dampna-
bilis possent dici plura que tamen non pertinent ad breui-
tatem quam intendimus.

Tbitur cū sint doctores catholice fidei scire debent.
Primo quod fundamentum xp̄iane religionis est
fides. dicēte apostolo ad hebreos. xi. Sine fide im-
possibile est deo placere. Est enī fides inter virtutes sicut
mater inter filias: vel sicut truncus inter frōdes. Adcirco
dolicapax ad baptismum accedens primo docendus est de
fide: et cathesizandus idest instruendus de articulis fidei. et
sciat orationem dominicam: et salutationem angelicam: et
symbolum saltem apostolorum. i. Credo in deum. Christi-
anus autem a xp̄o dicitur: et significat discipulum mansue-
tum: quia agnus christi nomen fuit repertū anthiochie.

¶ Quotuplex est fides.

Fides autem multipliciter dicitur. vno modo fides
idest baptismus. vel fides matrimonij. Item fides
idest pmissum partiū. Item de hijs q̄ nō videmus
est fides. Item fides. i. equitas. vnde dicitur cōtractus bo-
ne fidei. Sed in nostro pposito fides dicitur quod cōtine-
tur in. Articulis fidei. Articulus autem paruum mēbrum
seu parua particula ē: quia ex hijs partib⁹ cōstituit⁹ fides.

¶ Quid est fides.

Fides autem secundū Augustinū est credere quod
non vides. Hec diffinitio est nimis lata. Ideo me-
lius per apostolū. ¶ fides est substantia rerum spe-
randarum et argumentum nō apparentium.

¶ Quod continetur in symbolis.

Continetur autē fides et articuli fidei in symbolis
Que quidem simbola sunt tria. Primum aposto-
lorum. Secundum nicenum. Tercium athanasii.
Primum continet articulos implicite. Secundum expli-
citate. Tercium autem magis explicitate et aperte: vt scire
tenentur clerici et docere cum opus est.

¶ Articuli fidei.

Sunt autem articuli quatuordecim. Septes pertinent ad diuinitatē: et septem ad humanitatem xp̄i. de quo sunt versiculi. Articulos septes deitatis credere debes. Articulus primus docet q̄ sit deus vnus. In patremq̄ sequens dicit q̄ credere debes. Tertius te cogit in natum credere xp̄m. Quartus te cogit in sanctus credere neuma. Credimus in quinto deitatem cūcta creasse. Sextus ait crede q̄ dominus peccata remittet. Omnes surgemus: septenus dicit aperte. Versiculi autem de septes pertinentibus ad humanitatem xp̄i sunt. Conceptus. natus. passus. descendit ad ima. Surgit et ascendit venietq̄ discernere cuncta. Et hec de fide et articulis eius breuiter sufficiant. Qui autem de his articulis plenius vult instrui: legat manipulum curatorum in tertia parte principali ad principium: ibi late ponit de his: et quomodo et contra quos fuerūt declarati in symbolis Niceno et Athanasij. Ponit etiam sacramentale: ad quos remitto: quia hic non posset breuiter dici cū maxime breuitati studeamus.

¶ De sacramentis in genere.

Sacramentum est sacre rei signus. vel secundū Augustinū. Inuisibilis gratie: visibilis forma. Sunt autem sacramenta septes: quia septiformis est gratia dei. Utilitates autē sacramentorum sunt hec. Nam baptismus lauat. Confirmatio corroborat. Eucharistia incorporat. Penitentia purgat vel iustificat. Unctio disponit. Ordo docet et illuminat. Matrimonium defendit. Et in omnibus his confertur gratia. De numero autem sacramentorum sunt versiculi. Abluo. firmo. cibo. piget. vngit. ordinat. vxor. Quia Johannes vidit librum signatum sigillis septem.

¶ Requiritur autem tria in quolibet sacramento: scilicet. Materia. forma. & intentio. Et si aliquod horum deficeret non esset sacramentum.

O duo sacramenta fuerunt instituta ante aduentum christi: scilicet. Matrimonium & penitentia. Sed tunc neque erant sacramenta: neque conferrebant gratiam. Per ipsum autem christum fuerunt confirmata seu promulgata: & alia sacramenta instituta. Solet queri per quos actus instituit quodlibet sacramentorum. Dicendum quod penitentiam instituit cum circuibat per castella dicens. Penitentiam agite. Matrimonium cum interfuit nuptiis in Chana galilee. Alia sacramenta scilicet baptismum: cum baptizatus est a Johanne: vel cum dixit discipulis. Baptizate omnes gentes &c. Confirmationes cum dixit. Sinite paruulos venire ad me: & ponebat manus super eos. Anctionem cum misit discipulos visitare infirmos: quos ungerent oleo. In nomine patris &c. Ordinem cum dixit discipulis de sacramento corporis & sanguinis sui. Hoc facite in meam commemorationem. Et cum dedit eis potestatem ligandi atque soluendi: dicens. Quorum remiseritis peccata & cetera. Eucharistiam in cena cum consecrauit corpus & sanguinem suum &c.

¶ Duo sacramenta sunt voluntaria. scilicet. Ordo & matrimonium. Et alia necessaria que nullomodo possunt dimitti sine peccato mortali: saltem si ex contemptu dimittuntur.

A istis autem sacramentis: quatuor possunt iterari: & tria non. versus de hoc. Ordo. fons. chryisma non. cetera sunt iteranda. Quare illa possunt iterari: & ista non. Ratio est: quia in illis tribus imprimitur character & quod imprimitur in anima semper manet. Est enim quid indelebile. alia in quibus non imprimitur: iterantur. Quare autem in illis imprimitur character & in istis non. ratio est quia in illis

est virtus simultanea ⁊ in vno actu pfecte acquiritur. ¶ Faciunt enim sacramēta diuersas operationes in vita spiritu-ali ad similitudinem vite corporalis. Non enim homo generatur nisi semel: nec baptizatur: quia est generatio spiri-tualis ⁊ semel peruenit ad annos discretionis vel roboris. ⁊ ita semel ordinatur vel cōfirmatur ⁊c. Per cōtrarium au-tem sepe indiget cibo: ⁊ sepe purgatione: quod faciūt in vi-ta spūali eucharistia ⁊ penitencia. ⁊ sic de alijs.

¶ Est autem character verbum grecuz latine dicitur sig-num: ⁊ est character. spūale signum fidei anime impressuz distinguens a nō taliter consignatis secundū statū fidei.

¶ Consistit autē virtus ⁊ efficacia sacramentoz in duo-bus: scilicet in auferendo culpam ⁊ cōferendo gratiam.

¶ Correspōdent autē septem sacramēta septē virtutibus
Baptismus fidei. Vnctio spei. Eucharistia caritati. Con-firmatio fortitudini. Penitētia iusticie. Ordo prudentie.
Matrimonium temperācie. ⁊ hec de sacrametis in genere.

¶ De sacramentis in specie ⁊ primo de baptismo

Ad speciem autē ⁊ ad singula sacramenta deuenien-do premittamus etiam q̄ tria sacramenta sunt ma-gis quotidiana sacerdotibus: ⁊ circa q̄ debent esse magis instructi. s. Baptismus. Penitencia ⁊ eucharistia. Nam cōfirmationis ⁊ ordinis non sunt ministri: sed solus episcopus. De vnctione autē ⁊ matrimonio practica est in missali vel manuali ad quam remitto. Et etiaz de hijs qua tuoz sacramentis aliqua dicemus licet breuius.

¶ Baptismus est ablutio ¶ Quid est baqtismus.
corporalis exterius facta sub forma verboꝝ que intus ani-mam sanctificat vel abluit a peccato. ¶ Unde dicitur.

¶ Dicitur autem baptismus a baptizo. as. idem est quod abluo. is. vel lauo. as.

¶ Requiritur autē in hoc sacramēto. Materia. ¶ Forma:

et intentio: et de vno quoque dicamus.

¶ De materia.

Materia baptismi est aqua elementalís nō rosacea: vel aliqua alia artificialis: nō spissa ex luto vel brodio vel aliqua alia spissitudine: vel materia admixta: quā immutaret naturā aque et eius qualitatem. scilicet fluere et lauare. Posset tamen fieri in lixiuio vel niue liquefacta: et alia aqua hūmōi in casu necessitatis. An puer qui creditur moriturus debeat mitti in puteo: cum alias aqua nō posset haberi. dicendū quod nō. quia est sacramētus vite: nō debet dare causam mortis. Itē nō est de substātia quod aqua sit sanctificata. Melius tamen ē seruare cōsuetudinē ecclesie: et aquā benedicere. Et qui aliter facit sine necessitate peccat.

¶ De forma.

Forma autem baptismi sunt verba. scilicet. Ego te baptizo: in nomine patris: et filij: et spūs sancti Amē. Greci aliter dicunt. scilicet. baptizetur seruus xpī et c. Sed cōuenientior forma est nostra: vt probāt doctores illud pronomen ego si omittatur nō nocet: tamen peccaret omittens. idem de dictione amen. Si aliquid aliud dimittatur nō est baptismus. idem si transmutentur verba cum corruptione sentencie. Secus si sine corruptione. si ppter ignorantia corrūpantur verba: esset baptismus: si habet intentionem eccle. Verba illa debēt dici simul et sine interuallo. Neque dicat vos qui baptizat: sed te. nec nos: sed ego. neque addantur aliqua alia verba. si tñ fiat sine corruptione sentencie dictorum verborum: esset baptismus: licet peccaret addens.

¶ De intentione.

Intentio requiritur in ministro baptismi. scilicet. quod intēdat facere quod facit ecclesia: et baptizare eo modo quo ecclesia baptizat. aliter non esset sacramētū. Idem etiam requiritur ex parte baptizandi vel baptizati

si est adultus: scilicet q̄ intendat baptizari: z debet respon-
dere per seipsum. vel si est infans: baptizatur in fide ecclesie
vel patrinorum: qui nomine illius profitentur intentionē
recipiendi baptismum in forma ecclesie.

¶ De exorzismo z cathesismo.

D Recedere autem debent baptismū exorzismus et
cathesismus: quia sunt de solemnitate ecclesie.
Est autem cathesismus instructio: exorzismus est
adiuratio. Forma vtriusq̄ habetur in missali. Si puer est
baptizat⁹ an debeat ei fieri cathesismus z exorzismus. Vi-
cendum q̄ melius est facere q̄ omittere. Nam magis de-
bilitantur vires diaboli contra baptizatum.

¶ Requiritur aliud de essentia huius sacramenti: scilicet
q̄ simul cum verbis tangatur aqua: aliter nihil fieret. Et
melius est q̄ infundat aquam: cū dicit illud verbum bap-
tizo. Nam verba debent consonare rebus.

Septem conferuntur in baptismo per que alia sep-
tem dona prestantur. Primus per sal datur sapien-
tia. Per sputum z apertionem datur intellectus z
consilium. Per crisma in fronte fortitudo. Per oleum pie-
tas. Per aquam regeneratio. Per crucem in fronte z ore
fidei confessio. Per lucernas datur spiritus scientie z timo-
ris. Et nota q̄ in omnibus hīs contrahitur compaterni-
tas. Item notandum q̄ non solum baptismus cōfert pre-
dicta: sed omnes virtutes theologicas z morales.

Minister huius sacramēti est quicumq̄ tempore ne-
cessitatis. infidelis vel femina: dum tamen habeat
intentionem ecclesie: alias aut solus sacerdos licet
antiquitus etiā diachonus baptizabat: sed nō est in usu.

Patrimi debent interuenire in hoc sacramento: quia
est regeneratio: et possunt esse plures: non tamen
monachus aut monialis: aut non baptizatus et confirmatus: necque vir et uxor. De practica huius sacramenti remitto ad missale et manuale. Baptismus est triplex: scilicet fluminis. flammis sanguinis. idest materialis spiritus sancti et martirii.

Quia circa hoc sacramentum sunt plurima: sed dicemus aliqua magis contingentia. Si vnus posset baptizare plures infundendo aquam et dicendo. Ego vos baptizo. dicendum quod posset: quia dicendo vos de quo libet intelligitur pronomen te. Sed non debet fieri. Immo debet unicuique aquam infundere: et dicere verba formalia ut prediximus. Si plures possent baptizare vnum. videretur dicendum quod non: quia est regeneratio spiritualis: et vnus debet esse pater et non plures. Sed sanctus Thomas dicit quod potest: dum tamen vnusquisque diceret. Ego te baptizo: et non nos te baptizamus. Stultus vel dormiens possunt baptizari: vel non possunt: secundum precedentem voluntatem ante stulticiam vel somnum aut ebrietatem: vel si laborant per intervalla possunt tempore sanitatis. Sed si natus esset stultus et iam adultus est. Dicendum est de talibus quod est idem quod de paruulis: quia debent baptizari in fide parentum. Si aliquis nascatur partim homo et partim bestia: attendi debet ad quod magis accedit: ut secundum illud baptizetur vel non. Si nascatur monstrum cum membris duplicatis: vnus homo intelligitur et semel baptizatur: nisi haberet duo capita et duo pectora quia tunc debet baptizari vnum caput et postea aliud. si sit dubius vbiusque: de iteratione baptismi debet baptizari sub conditione: scilicet si tu es baptizatus: ego non te rebaptizo. et si non es baptizatus: ego te baptizo etc.

Si apparet aliquod membrum infantis existentis in utero matris. quodcumque sit baptizetur: secundum securiores opinionem. Et si postea nascatur baptizetur sub conditione ut dixi. Baptizatus per vim absolutam: ut si sit ligatus vel alias violenter tentus nihil recipit: sed per vim conditionalem. scilicet cum minis vel pmissionibus aut timore: sic et baptizatus est. Nullomodo debet dari precium pro hoc sacramento nolenti aliter baptizare: quia non sunt facienda mala: ut veniant bona. Baptismus debet fieri regulariter in ecclesia et non alibi: nisi ex causa necessitatis. Adultus et mancus non possunt baptizare simul. Si timeat sacerdos mortem pueri non fugiat inimicos ante baptismum. Cum oleo et crismate antiquo non fiat baptismus. Omni tempore datur hoc sacramentum. licet antiquitus non sic fieret. Si mulier pregnantis moriatur: debet scindi et extrahi infans qui vivere creditur et baptizari. Si tamen mortuus extrahitur non debet sepeliri in cimiterio Et hec sufficiant de sacramento baptismi.

De sacramento penitentie

Quod si autem penitentia propter mala plangere: et plangenda iterum non committere. dicitur autem a pena et teneo. es. id est penam tenens.

Quotuplex est penitentia.

Penitentia triplex est: scilicet penitentia solemnis: quia solempniter fiebat: et iam non est in usu. et est penitentia publica: quia propter publica peccata inferitur. et est penitentia secreta et sacramentalis de qua est propositum.

Partes penitentie.

Hec igitur habet tres partes principales et integrales scilicet cordis contritio. oris confessio. operis satisfactio. Offendimus autem deum hiis tribus modis. scilicet corde. ore. et opere. Et per hec tria oportet penitere. De

primo psalmista. Cor contritum et humiliatum non despicias.
De secundo idem psalmista. Dixi confitebor aduersum me
iniusticias meas domino. De tercio in eodem psalmista. Tunc
acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta.

¶ De contritione.

Contritio est dolor voluntarius pro peccato assum-
ptus cum proposito confitendi et satisfaciendi. Et dicitur
a con quod est simul et tero. is. iiii. Unde Joel propheta.
Scindite corda vestra. Contritur autem cor peccatoris a
duplici mola. scilicet superiori et inferiori: hoc est a celo et inferno.

¶ De attritione.

Atritio est etiam attritio que differt a contritione tanquam imperfectum
a perfecto. Unde attritio est dolor imperfectus de pecca-
tis. Sed notandum quod in eo qui facit quod in se est. et
aufert causas et occasiones peccatorum habens propositum non rede-
undi ad peccatum: iste in confessione ex attrito fit contritus. ¶ Per
solam contritionem si pura et vera est dimittuntur peccata. Unde psalmi-
sta ut prediximus dicebat. Dixi confitebor aduersum me ini-
iusticias meas domino: et tu remisisti remissionem. ¶ Dixi. i. pro-
posui. Sed restat de necessitate confiteri et satisfacere.

¶ De confessione.

Confessio est legitima coram deo et sacerdote cum
spe venie peccatorum declaratio secundum Raynal. vel secundum Au-
gusti. Confessio est per quam morbus latens cum spe
venie aperitur. Dicitur autem confessio a con. quod est simul
et for. foris. quasi simul factio. id est integra locutio.

Quando fuit instituta confessio? distinguendum quia
confessio est duplex. scilicet mentalis et vocalis. Men-
talis confessio semper fuit necessaria: quia procedit
a dictamine rationis. quando cumque enim quis offendit deum:
dictauit ratio quod non debuit offendere creatorem suum: et de

buit dolere de offensa: ⁊ saltem mente recognoscere peccatum suū ⁊ ab eo misericordiam humiliter petere. Vocalis autē cōfessio etiā est duplex: q̄ aut fit deo aut homini. Illa autē que fit deo: semper etiam fuit de necessitate salutis. Et hec confessio requirebatur in Adam post lapsum gen̄. tercio. quando fuit ei dictū Adam vbi es. Dicit ibi glosa. Nō sunt verba ignorantis: sed increpantis ⁊ ad confessionem cogentis. Idem etiā de Laym interrogato de fratre. Cōfessio que fit homini: fuit instituta a xp̄o. Luce. xvii. Quando dixit leprosis. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et quando dixit discipulis. Quoz remiseritis peccata ⁊c. Postea fuit pmulgata a Jacobo apostolo dicente. Cōfitemini alterutrum peccata vestra. Postea etiaz ecclesia determinavit tempus per. c. Omnis vtriusq̄ sexus. Ad confessionez omnes tenentur post annos discretionis. Etiam sanctissimi viri q̄ nō habēt peccatus mortale: q̄ de venialibus licet nō sit necessaria cōfessio: in dubio meli⁹ est cōfiteri ⁊ maxime in assuetis. Sine venialibus enim nemo esse potest.

¶ Cui debet fieri confessio

Cōfiteri autē tenetur quis proprio sacerdoti: etiaz si peccatum ipse alias sciat. quia nō dicitur scire vt deus prout est in confessione. Si tamen proprius sacerdos est ignorans vel ex alia causa legitima potest ab eo petere licenciam vt alij confiteatur. Vel si mulier peccavit cum curato suo: quia non debet ei confiteri ⁊c. huius modi. Et notandum est q̄ sacerdos vbiq̄ potest suuz parochianum absoluerē.

¶ Conditiones requisite.

Cōfessio debet habere. xvi. conditiones que hīs versibus continentur. Sit simplex. humilis. confessio pura. fidelis. Atq̄ frequens. nuda. discreta. libens. verecunda. integra. secreta. lacriminalibus. accelerata.

fortis et accusans. et sit parere parata. Simplex. i. sine plica. humilis ut confessio publicani. Pura. idest propter deum et sine fictione. fidelis: quia in fide et propter fides. Frequens: saltem tempore statuto: sed melius esset si sepius fieret. Iuda non per nuncium vel epistolam vel paliando. Discreta. i. ordinata. Libens. i. voluntaria et non coacta. Verecunda: quia qui erubescit dignus est venia. Integra nihil dimittendo. Secreta ex parte utriusque. scilicet confitentis et audientis. Lachrymabilis: quia lachryme lauant delicta: ut dicit Criso. Accelerata. i. non procrastinando. Fortis. in penitendo et satisfaciendo. Accusatoria: quia ex propria malicia. et parere parata. alias nihil esset sine obedientia confessoris. Unde debet se libere eius iudicio committere.

¶ Quando debet iterari.

Sed quia inter alias conditiones diximus quod sit integra. Notandum quod propter quattuor causas debet confessio iterari. Primo si non fuit integra: quia aliquod peccatum scienter dimisit. unde confessio dicitur a con. quod est simul: ut prediximus. Secunda si non fuit confessus proprio sacerdoti. Tercia si scienter quesivit sacerdotem ignorantem et idiotam. Quarta si non adimplevit penitentiam iniunctam.

¶ De circumstantiis peccatorum.

O quibus debet esse confessio: dicendum quod de peccatis mortalibus: de venialibus autem non est necesse: sed laudabile est maxime in assuetis ut dixi. Item debet confiteri circumstantias peccatorum que aggravant: vel faciunt transire in aliam speciem. Circumstantie sunt que continentur in hijs versibus. Quis quid. ubi. per quos. Quociens. cur. quomodo. quando. Quilibet attendat anime medicamina dando. Ex circumstantiis autem quedam sunt que alleviant peccata: ut percutere laceffitus. Vel qui furat ex

necessitate: et iste non debet confiteri. Quedam alie circumstantie sunt que aggravant peccata: ut adulterari tempore sacro, vel si peccatum est publicum: et iste debet omnino confiteri secundum veritatem opinionem. Quedam sunt que faciunt transire in aliam speciem: et iste sine dubio secundum omnes de necessitate sunt confitende: ut cognoscere alienam mulierem est fornicatio. Ad datur circumstantia quis, scilicet coniugata: et est adulterium: vel virgo: et est stuprum etc. Item furari addatur circumstantie ubi, scilicet in ecclesia: et est sacrilegium vel percutere clericum etc.

Confessio ut diximus erit de peccato, quid igitur peccatum sit? Dicendum quod peccatum est duplex: scilicet mortale et veniale. Peccatum mortale est factum dictum aut concupitum contra leges dei. Veniale est quod non est contra caritatem dei aut proximi, non enim est veniale contra caritatem: sed contra fervorem caritatis, vel veniale est quod ex se habet unde veniam consequatur. Et dicitur veniale quia venia dignum. Mortale autem quia dignum morte, scilicet eterna. Ita dicit apostolus, quia qui talia agunt digni sunt morte. De originali peccato non est penitentia neque satisfactio: quia redemptor noster pro eo satisfecit. Et ut de veniali etiam breviter expediamus: de illo non est necessaria confessio ut prediximus. Bonum erit tamen si fiat: sed talia peccata sine confessione pluribus modis remittuntur: scilicet per orationem dominicam: per aquam benedictam, per confessiones generalem, per benedictionem episcopalem, perunctionem pectoris et secundum aliquos per ingressum ecclesie. Item per elemosinas atque per devotam communionem, et etiam per extremam unctionem. Itaque de veniali et originali hoc sufficit.

Peccatum igitur mortale est septuplex. Septem enim sunt peccata mortalia que intelliguntur per hanc dictionem. Saligia, unde est versus. Dat septem vicia hec tibi dictio saligia. Habet enim hec dictio septem

litteras : p qua singulas intelliguntur vel incipiunt nomina peccatorum. Per. s. Superbia. per. a. Avaricia. per. l. Luxuria. per. i. Ira. per. g. Gula. per secundum. i. Invidia. per secundum. a. Accidia. Ad hec septem reducuntur omnia alia peccata quecumque esse possunt. Unumquodque autem horum peccatorum habet diuersas species: et etiam habet filias. Dicemus de singulis: et primo de superbia.

¶ Superbia.

Est autem superbia inordinatus appetitus proprie excellentie vel honoris. Habet autem quatuor species. Prima est quando superbus reputat de se quod sit bonus: et vult honorari de bonis que non habet: sed fingit se habere. Secunda species est si habet aliqua bona: sed reputat habere illa a seipso et non a deo. De quo psalmista. Labia nostra a nobis sunt. Tercia species quando reputat habere a deo: sed tamen propter merita sua. Quarta si propter aliqua bona que habet: scilicet scientiam vel nobilitatem: aut diuitias vult preferri alijs ultra debitum.

¶ Filie superbie.

¶ Habet superbia septem filias que sunt. Presumptio. Factantia. Contentio. Discordia. Pertinacia. Inobedientia. Ypocresis. Item est temeraria indicatio.

Presumptio est que vult alios precedere et paribus vel maioribus preferri. et dicitur a pre. et sumo. is. quia magis sumit vel accipit de honore quam sibi debeat. Factantia per verba extollitur. et dicitur a iacto. as. cum quis seipsum laudat: vel dicit aliqua per que magis honoretur. Contentio est impugnatio veritatis ut singularis habeatur: vel alios velle superare in opinione sua: et dicitur a con. quod est simul et tendo. is. quia simul tendunt in mutua impugnatione. Discordia est diuersitas cordis et voluntatis. est enim non concordare cum alijs ut excellentior habeatur. Pertinacia est cum proprie oppinioni inordinate insistit.

nolens cedere veritati vel maiorū consilio: vt sapientior ha-
beat. et dicitur a per. et teneo. es. quasi perfecte et dure te-
nens opinionē. Inobedientia est cōtemptus mandatorū
superioris cui obedire tenebatur. Ypocresis est aliud exte-
rius ostendere q̄ intus habeatur: q̄ ypocrite ostendūt bo-
nitatē vt honorentur. intrinsecus aut̄ sunt lupi rapaces. di-
citur aut̄ ypocresis ad hiper. qd̄ est super et chrysos qd̄ ē au-
rum: quasi de super aurum. vel etiā ab hipo qd̄ est sub: qua-
si aliud sub auro. fm̄ catholiconem. Temeraria indicatio
est vsurpare iudiciū dei q̄ solus iudicat corda et mentes ho-
minum. Superbus autem hoc etiam presumit.

¶ Auaricia.

Auaricia est inordinatus appetitus habendi diuiti-
as. Est aut̄ auaricia duplex. vna in custodiēdo im-
moderate bona pp̄ria. Secūda in appetēdo vel de-
tinendo aliena. Habet septē filias. s. Fraus. Fallacia. Pe-
iuriū. Inquietudo mētis. Simonia. Usura. Furtum. Ra-
pina.

¶ Filie auaricie.

Fraus est dolus et deceptio in rebus: et dicit̄ a frau-
do. as. Fallacia ē in verbis: et dicitur a fallo. is. Per-
iuriū est verbū cōtra mentē prolatū cū iuramēto.
Inquietudo mētis ē nimia sollicitudo adquirendi: q̄ nunq̄
quiescit Simonia est dare tēporale p̄ sp̄iali. et dicitur a Si-
mone mago. Usura est aliquid vltra sortē accipere immu-
tuo. Furtū ē cōtractio rei aliene inuicto dño: et est absente
vel ignorante dño. Rapina est per vim et presente dño: vel
sciente. et dicitur a rapio. is.

¶ Luxuria.

Luxuria est appetitus inordinat⁹ ad dilectatio-
nem carnis et venereorum. et habet sex species: scili-
cet. Fornicatio. Adulterius. Incestus: quod est cū
consanguinea. Stuprum cum virgine. Sacrilegium cū
moniali. Peccatum contra naturam. et ista est triplex: scz.

Molities. Sodomia: et bestialitas. Habet autem luxuria septem filias. Sunt. Dilectatio morosa. Lecitas mentis. Precipitatio. Inconsideratio. Inconstantia. Amor sui et vite presentis. Odium dei.

¶ Filie luxurie.

Dilectatio morosa est in mente: cum cogitat cum dilectatione actus carnales quos commisit: vel committere intendit: et in hoc dilectatur et incenditur cum consensu rationis. Lecitas mentis est de qua psalmista. supercedit ignis: scilicet concupiscentie super eos et non viderunt solem. et est cum mens a passione et delectatione obcecatur superatur: et captiuatur: et remanet priuata spirituali visione. Precipitatio est cum propter dilectationem impeditur consilium: et fertur in venerem sine respectu presentis vel futuri periculi. Inconsideratio est quando sopitur ratio: et per dilectationem impeditur iudicium: et scienter vult malum eligere. Inconstantia est que rumpit boni propositus. vel dic clarior secundum Thomam et florentinum. quod ista tria: scilicet precipitatio: inconsideratio et inconstantia sic differunt: quod precipitatio impedit consilium. Inconsideratio impedit iudicium quod est consilio elicitor. Inconstantia impedit executionem. Unde salustius. Antequam egrediare consulto: ubi autem consulueris mature: scilicet determinando iudicium. facto opus est: scilicet per executionem. Itaque precipitatio est contra primum: scilicet consulere. Inconsideratio est contra secundum: scilicet iudicium et cognitionem boni. Inconstantia est contra tertium: scilicet exequi. Amor sui et vite presentis: facit quod non vult carere hac dilectatione: quia vult sibi placere plusquam deo: et magis diligit presentem vitam quam eternam. Ideo in euangelio. Qui amat animam suam perdet eam. Qui amat: scilicet secundum sensualitatem: ponens fines suum in seipso: et in vita presenti. Odium dei ex hoc procedit: quod

diligens mundum ⁊ seipsum habet deo odio: et nollet esse
deum punitorem malorum: neq; eius doctrinam euangeli-
cam. De quibus psalmista. cum hiis qui dicunt domino deo
recede a nobis scientiam viarum tuarum nolimus.

¶ Inuidia.

Inuidia est tristitia de bono proximi: ⁊ est duplex:
scilicet tristitia in prosperis: ⁊ gaudium in aduer-
sis: quod est proprie contra caritatem: cuius est fle-
re cum flentibus: ⁊ gaudere cum gaudentibus. Habz au-
tem inuidia quinque filias: scilicet. Odium Detractio. Mur-
muratio. Susurratio. Derisio.

¶ Odium est velle maluz alicui: ⁊ eum inimicuz habere.
Murmuratio est publice opera proxime sinistre interpre-
tari: ⁊ de eo male loqui. Et dicitur a murmure qui est soni-
tus. Nam publice ⁊ cum sonitu de proximo male loquitur.
Susurratio est secreta ⁊ occulte idem facere. s. mordere et
corrodere famaz ⁊ opere proximi: per verba maliuola: sin-
gillatim ⁊ quasi ad aures alioꝝ. ⁊ dicitur a subtus: vel sub.
Detractio est diminuere bona opera ⁊ merita aliorum at-
tenuare. Nam dictio. de. in cōpositione diminuit ⁊ remo-
uet. vel dicitur detrahere. i. deorsuz trahere. Derisio est vi-
lipensio dictorum vel factorum alicuius cum ludibrio ⁊ risu.
⁊ dicitur a rideo. es. ⁊ dictione. de. quasi de eo ridens.

¶ Gula.

Gula est inordinatus appetitus cibi ⁊ potus contra
regulam rationis. Est autem quadruplex: scilicet
quia preuenit: vel exquirat: vel excedit: vel precipi-
tat seu currit cum ardore ⁊ delectatione.

¶ Filie gule sunt septem

¶ Scurrilitas. Inepta leticia. Ebrietas. Insensibilitas
Ebetudo mētis. Loq̄citas. Immūdicia. ¶ Scurrilitas ē:
officiū ioculatoris vel mimi. dicuntur isti tales. scurriles q̄a

excurrunt per domos. et est quando quis facit actus inordinatos et ioculatorios. Inepta leticia est cum in preparatione et frequentatione conuiuioꝝ lectatur et gaudet. et dicitur inepta idest non apta nec ordinata secundum rationes: et post potum solet esse talis leticia. Ebrietas est excessus in potu que turbat sensum. et dicitur ebrietas. id est extra brias. que est regula vel mensura. Unde sequitur insensibilitas: quia sensus ratio fuit. Unde ebrii volunt dormire. Ebetudo mentis est cum mens per talem continuationem excecatur et torpescit. Effiunt enim homines quasi stupidi et insensati. Loquacitas et multiloquium: sunt cum homo post superflua comestiones vel potum deordinat se nimis loquendo et chachinando. Immundicia est vomitus qui sequitur ex tali superflua comestione vel potu: aliquando etiam pollutio et effusio seminis.

¶ Ira.

Est etiam ira: motus et ascensio sanguinis circa cor cum appetitu vindicte. Et est triplex. scilicet corde. ore. et opere: ut dixit christus in euangelio. Qui si quis irascitur fratri suo. scilicet in corde: reus erit iudicio. Si quis dixerit fratri suo racha: reus erit consilio. id est per vocem. Si quis dixerit fatue. quia iam est iniuria personalis et fit opere: reus erit gehena ignis. In primo ira. in secundo ira et vox. in tercio iniuria. Secundum Augustinum. Dabet ira nouem filias. scilicet Indignatio. Tumor mentis. Clamor. Contumelia. Blasphemia. Rixa. Seditio. Bellum. Homicidium.

¶ Filie ire.

Indignatio: quia proximum dedignatur et despicit: ipsum iniuriando facto vel verbo. Tumor mentis: quia quasi inflatus est furore querens vindictam et nocumētum. Clamor per voces fit: sine expressione certe iniurie. quod ut diximus in euangelio dicitur racha. Contumelia exprimit iniuriam voce. Blasphemia contra deum vel sanctos est. Rixa

est contra proximum in opere. s. verberando vel vulnerando. Sedictio est colligatio vel coniuratio contra alios. i. secus dictio: vel aliter quam alii dicant. Unde sequitur bellum et dicitur a belial quia precipuum opus diaboli est. vel a beel quod est mors. vel a bellona dea belloz. Est autem rixa inter paucos: bellum autem inter multos. sequitur inde homicidium quod est notum: compositum est enim ex homo et occido. is. Et nota quod aliquando ira non solum non est peccatum: sed etiam est laudabilis: cum procedit ex indignatione maloꝝ. et tunc proprie dicitur zelus: ut fuit in phinees.

¶ Accidia.

Accidia est tedium diuini boni: et causatur ex rebellionem carnis ad spiritum. Et est duplex: quia vna est in omittendo bonum. et alia est quedam negligentia in non excludendo malum. vna species opponitur charitati: et religioni. et altera fortitudini. Habet septem filias. s. Malicia. Rancor. Pusillanimitas. Torpor. Timor. Desperatio. et euagatio mentis.

¶ Filie accidie.

Malicia est voluntas nocendi et malum cogitandi: omnia in peius accipiendo: et insidias parando. Et dicitur malicia. i. malum sciens vel procurans. Rancor est indignatio inueterata in corde quam habet piger aduersus proximum. Et dicitur a rancedine. habent enim quancida sunt malum saporis. Pusillanimitas est debilitas animi ad bene operandum: et boni ardui ex hoc pretermisio. et dicitur pusillanimitas. i. paruitas animi. Torpor est inhabilitas ad bonum et ad diuina precepta. et dicitur a torpeo. es. torpere autem dicuntur digiti frigore vel gelu. Timor: scilicet. temporalis: est qui excludit diuinum timorem et amorem: ut quando propter talem timorem dimittitur bonum vel fit aliquando malum. Desperatio est spes perdere non confidendo de misericord

dia dei. et est peccatum iude traditoris et caym dicentis: maius est peccatum meum quam ut veniam consequar. et est pessimum omnium peccatorum: quia facit deum inimicordem: cum sit summa et infinita misericordia. **E**uagacio mentis est cum piger in diuinis rebus non inuenit saporem: distrahitur ad delectabilia mente et cogitatione. grauatur enim cogitare de deo et de diuinis rebus. **E**t ista euagacio ad omnia peccata extenditur: nam cogitat de auaricia: de gula: de luxuria: et de alijs.

¶ De peccatis in spiritum sanctum.

O **E**speratio autem de qua diximus quod est filia accidie: de ea est etiam notandum: quod est peccatum in spiritum sanctum. **S**unt enim sex peccata in spiritum sanctum. scilicet. Inuidencia fraterne gratie. Impugnatio veritatis agnite. Presumpcio de impugnitare. **O**bstinacio mentis. **D**espacio de qua diximus: et finalis in penitentia. **D**icunt autem peccata in spiritum sanctum: quod impugnant gratiam spiritus sancti. et etiam dicuntur irremissibilia propter suam grauitatem. sunt enim grauissima quod sunt ex propria malicia: non autem ex fragilitate: quod dicitur peccatum contra patrem. neque ex ignorantia quod dicitur contra personas filij: sed ex malicia quod est contra personam spiritus sancti: cui attribuitur bonitas. **P**atri autem potentia: et filio sapientia: vel dicuntur etiam irremissibilia. scilicet. ex parte sui: quod non habent unde remitti debeant. **B**ene autem sunt remissibilia ex parte dei: quod omnia consuevit remittere vere penitentibus: sed finalis in penitentia nunquam remittitur neque remitti potest. **E**t de illa proprie est illud neque remittetur in hoc seculo neque in futuro.

Sacerdos igitur per ista peccata et eorum species filias et circumstantias interroget confitentes: et maxime secularem ignorantem: ut manu obstreticante euellat vulnus de sinu peccatoris. ut videlicet cum dixit se peccasse per superbiam: interroget de modo: nunquid inobediens fuerit superiori: domino. patri vel prelato. **I**tem interroget

b iij

quomodo quotiens quare quādo vbi. Itē interroget p̄ctantia: an se iactauerit de bonis. de genere. de scientia. de pulchritudine. ⁊ sic de alijs peccatis p̄ singula discurredo.

¶ De decem preceptis dechalogi.

Post discussionem peccatorum in confessione examinandus est penitens de obseruantia decem preceptorum dechalogi. Dicitur autem dechalogus: a logos quod est verbum: ⁊ decem quasi decem verba. Unde psalmista. in psalterio decem cordarum psallam tibi. Continentur autem hec decem precepta in his versibus. Unum cole deum: ne iures vana per eius. Sabbata sanctifices: venerare quoque parentes. Noli mechari: noli que cedere notari. Furtus caue fieri: non sis testis nisi veri. Ne cupias nuptas: neque queas res alienas. Diuiduntur autem hec decem precepta in duas partes: quia quedam precepta sunt que dicuntur pertinere ad primam tabulam: ⁊ quedam que ad secundam. Prima tria. scilicet de colendo unum deum: ⁊ non iurando in vanum. ⁊ de sanctificatione sanctorum dierum: pertinent ad primam tabulam. ⁊ ista sunt indispensable. Cetera omnia ad secundam. Item subdividuntur: nam quedam precepta sunt affirmatiua ⁊ quedam negatiua. Illa que sunt affirmatiua obligant semper: sed non ad semper. scilicet tempore ⁊ loco. vt de honore dei ⁊ honore parentum ⁊ sanctificatione festorum. Ad ista tenemur in loco ⁊ tempore: quia impossibile esset omni loco ⁊ hora actu venerari parentes vel deum: ⁊ honorare festa: sed solum cum oportunitas se offert. Illa autem que sunt negatiua obligant semper et ad semper. hoc est quod nunquam licet contrauenire. nunquam enim licet mechari. nunquam falsum testimonium dicere. nunquam furari. Per precepta enim affirmatiua legis precipiuntur actus virtutum. Per negatiua autem vetantur actus vitiorum. Illud enim quod de se est malum ⁊ peccatum nunquam licet vt diximus. Ideo negatiua obligant semper ⁊ ad semper. actus autem virtu

tum non quolibet modo fieri debent: sed obseruatis debitis circumstantiis temporibus et locis: potest tamen aliquando in aliquibus ex negatiuis dispensari et aliter fieri: vt in iudice iuste occidere et in bello iusto: et in furto in extrema necessitate et alijs huiusmodi.

Et hijs preceptis quedam ordinant homines ad deum: quedam vero ad proximum. Illa precepta que ordinant hominem ad deum: sunt prima tria. tene mur enim deo et creatori nostro ad tria. Primo vt nullum alium deum et dominum recognoscamus. Secundo vt sibi et nomini suo non faciamus iniuriam. Tercio vt ei exhibeamus reuerentiam et famulatum. Ita est primum preceptum de primo: secundum autem de secundo: tertium etiam de tercio. Illa precepta que ordinant hominem ad proximum sunt septem sequentia. Ordinamur enim ad proximum duobus modis: vt scilicet sibi bonum faciamus: et sic est quartum de honore parentum: et ne proximo noceamus: nec in persona sua nec in persona sibi coniuncta vt est vxor: neque in rebus suis. Et sic sunt alia quatuor: scilicet noli mechari noli que cede notari. furtum caue fieri: non sis testis nisi veri. Possumus autem nocere proximo etiam voluntate et sic sunt alia duo precepta. scilicet neque cupias nuptas nec queras res alienas. Ad singula precepta veniamus.

¶ Primum preceptum.

Non habebis deos alienos. Exo. xx. vel vnum cole deum quod idem est. In quo precepto prohibentur hereses. ydolatria. incantationes. diuinationes. et sortilegia quecumque. omnes artes prohibite: vt est de arte notoria que est nigromantia et alia huiusmodi. Item obseruationes dierum et temporum. constellationes et somnia. collectiones herbarum. et omnia similia que possunt suspecta iudicari: quia solus deus credendus et honorandus est et iste

fatuitates dimittende. quia sunt superstitiones vane. **D**icitur autem superstitio: vana religio.

¶ Secundum preceptum.

Non assumes nomen domini dei tui in vanis. In quo prohibentur omnia periuria et species eorum. **E**t notandum quod dominus per **M**ose. prophetam dicit. Iurabunt in veritate et iusticia et iudicio. **D**e primo qui iurat debet sciare in veritate id quod iurat. alias debet iurare de credulitate: vel de presumptione et non aliter quam in conscientia habeat. Iusticia dicitur esse in iuramento: cum iuratur illud quod est iustum licitum et honestum. alias periuria sunt non iuramenta. Iudicius debet esse ut scilicet sit discretus: iuratio et cum necessitate et causa: non autem leuiter et facilliter. nam ubi non est necessitas: sermo debet esse. si. si et non non. Iubetur etiam in hoc precepto impletio votorum: quod ut dicit psalmista: vouete et reddite domino.

¶ Tertium preceptum.

Sabbata sanctifices. id est festiuitates quas ecclesia iubet obseruari. Preceptum autem de obseruatione sabbati: translatum est ad diem dominicam propter multas rationes quas assignant doctores. et in diebus festiuis vacandum est ab omni opere seruili. et debent laici missas audire. alias si non subesset iusta excusatio: peccarent mortaliter. **U**bi autem imminet necessitas: ut collectio fructuum et cetera huiusmodi: et timetur tempestas vel aliud impedimentum: tollerandi sunt laici.

¶ Quartum preceptum.

Honorare quoque parentes. Debent enim honorari et sibi necessaria dari cum indigent. **H**ic etiam iubetur gubernatio familie. et nomine parentum intelliguntur prelati. doctores. domini. et omnes alii a quibus bona receperimus: qui dici possunt patres ex beneficiis nobis colla

tis. ⁊ generaliter oēs supiores. quos tenemur venerari.

¶ Quintum preceptum.

Noli mechari: mechia enim adulterium est. sed nomine eius prohibetur omnis fornicacio ⁊ quecūq; comixtio ⁊ cōcubitus extra matrimoniu. De omni concubitu ⁊ luxuria. diximus supra.

¶ Sextum preceptum.

Noliq; cede notari. s. iniuste: alias si te defendendo cum aliter nō possis euadere: excusaris. Prohibetur hic quadruplex homicidium: scilicet corde. ore. opere. ⁊ omissione. quia dicit Augustinus: pasce fame morientem. si nō pauisti: occidisti. Item non occidas famam proximi vel eius vitam ⁊ sustentationem: ipsum depauperando. quia pecunia est vita hominis.

¶ Septimum preceptum.

Artum caue fieri. Prohibetur omnis iniusta acquisitio. Et dicitur etiam furari clericus qui nō facit officium suum: quia propter officium datur beneficium. De omni rapina. diximus supra.

¶ Octauum preceptum.

Non sis testis nisi veri. In quo phibetur omne mendacium. Sed precipue testis false deponens tenetur ad restitutionem. Idem de adulatoribus dominoꝝ ⁊ confessoribus: qui non iubent restitui ablata. tamen mendacium iocosum peccatum veniale est.

¶ Nonum ⁊ decimum preceptum.

Nonum ⁊ decimum preceptum prohibent actus in teriozem. Quia qui viderit mulierem ad concupiscendū eam: iam mechatus est in corde suo. Idem de quacūq; re que illicite concupiscitur quia in mente per consensum peccatur. Et nota quod desiderium rei aliene cum consensu rationis eiusdem speciei est: cuius est opus

concupitum . vt si desiderauit virginē vel monialē vel rem
alienam: per furtum per vsuram. si rem sacram ꝛc.

¶ De quinque sensibus corporeis.

Interrogandus est ꝑterea penitens de quinque sen-
sibus corporeis: quomodo ꝛ quando deum cū illis
offendimus. Sunt enim sensus corporis: visus. au-
ditus. odoratus. gustus. ꝛ tactus . Et sunt hii sensus fene-
stre per quas diabolus intrat ad cor hominis . sunt etiam
arma quibus caro pugnat aduersus spiritum: ꝛ sensuali-
tas aduersus rationem: vnde nimis cohibendi sunt ꝛ com-
primendi. Sepe oculis offendimus deum quia impudice
aspicimus. Idcirco scriptum est: oculus meus depredatus
est animam meam. ꝛ alibi: oculi sublimes linguam mendaci-
um. Et qui viderit mulierem ꝛc. Itaqꝫ non licet aspicere:
quod nō licet concupiscere. Deturpatur ꝑterea oculi co-
loribus ad lasciuiam: ꝛ maxime per mulieres.

¶ Aures ad luxuriosa verba mendacia atqꝫ murmurati-
ones ꝛ vanitates laxantur . Unde conquerebatur aposto-
lus dicens. Cum sanam doctrinam non accipient ad fabu-
las autem conuertentur . Nares ad odores puocantes ad
luxuriam ꝛ vanam gloriam cum delectationibus ꝛ incenti-
uis luxurie . Os ꝛ lingua ad murmurationes blaffemias
mendacia. ꝛ guttur ad exquisitos saporis. Unde nabuzar-
dan princeps cochorum dicitur destruxisse muros hierusa-
lem: idest anime cōtēplatiue ꝛ deuote: sunt enim muri ani-
me virtutes. Tactus etiam offendit tangendo cū delectati-
one immunda ꝛ que prouocant ad libidinem. Itē molles
vestes ꝛ alia huiusmodi: Sepe etiam manus laxantur ad
rapinas ad alaphas ꝛ iniurias proximoz . Et circa hec sit
sacerdos curiosus inuestigator de omnibus ꝑscrutens.

¶ De operibus misericordie.

O ultimo modo peccandi. s. omissione. Interrogā
dus est etiam ꝑfitens: quia sepe ꝑpter aliena pec
cata incurritur pena inferni. de quo clamabat pro
pheta dicens. Ab alienis parce seruo tuo. Precipue in hoc
interrogandi sunt prelati: ⁊ curam animaruz habeutes. si
eorz culpa aut negligentia perist aliquis ⁊ permāsit in pec
cato ex ouibus suis. Quia iuxta Ezechielem. eorz sangui
nem de manibus vestris requiram. Si visitauit subditos.
Si correxit. Si increpauit. Si latrauit: quia conqueritur
dñs per ꝑphetā. Facti estis canes muti nō volentes latra
re. Et de operibus misericordie quas omisimus adimple
re: districte interrogandi sumus in die iudicij: quia dicit sal
uator noster. Vidistis me esurientē sitientem ⁊c. Sunt au
tem opera misericordie quatuordecim. Septē. s. spūalia: ⁊
septē corporalia. Spūalia aut cōprehendūtur in hīs versi
bus. Cōsule. castiga. doce. solare. tollera. parce. ⁊ roga. Ro
gare enim tenemur pro amicis ⁊ inimicis. Septem corpo
rales sunt. Visita. pasce. pota. redime. indua. hospitare. se
pelli. Desino per singula dicere propter breuitatem.

¶ De virtutibus theologis ⁊ cardinalibus.

Octo de peccatis ⁊ eorum speciebus circūstantiis
⁊ alijs modis quibus deus offendimus. Restat ali
quid dicere de remedijs cōtra ipsa peccata. quoni
am pertinet etiam ad materias confessionis ⁊ sacramenti
penitentie. Et primo de virtutibus. Est aut virtus bona
habitus volūtatē cū intentione. dicitur aut virtus a vi.
seu virilitate quasi vis intus vel virilitas intus. Sunt aut
virtutes in duplici genere. qꝫ alie sunt theologales vel he
roice. i. diuine: ⁊ illis vtimur ad deū. alie sunt cardinales q̄
ita dicūtur: quia in illis versatur vita humana tamqꝫ in car
dinibus: ⁊ istis vtimur ad proximū. Sūt aut theologales
tres. s. fides. Spes. Caritas. Cardinales autē sunt qua

tuor: scz. Prudentia. Temperantia. Fortitudo. Iusticia.

¶ Est autem fides vt in principio diximus substantia rerum sperandarum et argumentum non apparentium.

¶ Spes est certitudo beatitudinis venture per gratiam dei cum bonis operibus.

¶ Caritas est amor quo deus diligitur propter se: et proximus propter deum. ex istis procedunt alie virtutes: et generaliter omnia bona opera.

Prudencia est omnia dirigere et facere per regulam rationis. et habet tres filias. scilicet. Intelligentiam presentium. Prouidentiam futurorum. Memoriam preteritorum.

Temperantia est moderare appetitum per regulam rationis: et propter hoc placidis abstinere rebus. habet etiam tres filias que sunt. continentia in licitis. Abstinentia ab illicitis. Modestia in omnibus.

Fortitudo est propriam vincere voluntatem per rationem: et aduersa non timere propter eam. filie fortitudinis sunt. Magnificencia in operibus. fiducia in bonis futuris. Patientia in malis presentibus. Perseuerantia in bonis operibus.

Iusticia est constans et perpetua voluntas reddens unicuique quod suum est. filie iusticie sunt. Religio in deum. Pietas in parentes et proximos. Gracia ad humiles et bonos. Vindicta ad malos. Veritas in promissis. Observantia in debitis.

¶ Dona spiritus sancti.

Aliud per quod defendimur a peccatis sunt dona spiritus sancti: que sunt septem. De quibus dicitur. septiformis gratia dei. Et sunt que numerat. Ysa- yas: scilicet Spiritus sapientie et intellectus. Spiritus consilii et fortitudinis. Spiritus sapientie et pietatis: et repleuit eum spiritu timoris domini.

¶ Sapiencia ad diuina contēplanda. Intellectus ad nouissima prouidendum: scilicet diem iudicii. Penas inferni: et gloriam paradisi. Consilium ad bonū eligendum et malū reprobandum: et precauendū. Scientia ad se cognoscēdum et deū atq; eius opera considerandū. ¶ Fortitudo: qua temptationibus tribulationibus et malis cogitationibus resistitur. Timor ad malū fugiendum: et salutem anime procurandum. Et notandū est qd virtutes faciunt hominem operari recte. Hec autē dona expedit: quia nescit tarda inuolimina spiritus sancti gratia. ¶ Fructus spiritus sancti faciūt operari delectabiliter. Beatitudines autem perfecte.

¶ Fructus spiritus sancti.

Sunt etiam duodecim fructus spiritus sancti: scilicet Caritas. Gaudium. Pax. Patientia. Longanimitas. Bonitas. Benignitas. Mansuetudo. ¶ Fides. Modestia. Continentia. Castitas. ¶ De caritate dictum est. Gaudium in bonis operibus et dei seruitio. Pax cum proximo. Patientia in aduersis. Longanimitas in bonis sperandis. Bonitas vite. Benignitas in cōuersatiōe proximorum. Mansuetudo in turbationibus. ¶ Fides que est maior qm fiducia: et quasi quedam certitudo per quas sancti fecerunt miracula: quia de ea dicit xps. Si habueritis tantam fidem sicut granū iuniperi. dicetis montibus et c. Modestia q̄ a modo dicitur: et est moderare motū animi ab excellentia per humilitatem. Cōtinencia in desideriis et affectibus. Castitas in corporis: mentis integritate.

¶ Beatitudines

Octo sunt beatitudines: de quibus saluator noster. Mathei. v. s. Paupertas volūtaria. Modestas in persecutionibus et iniuriis. ¶ Fletus peccatorum. Esuries et sitis iusticie. s. bene viuēdo: et hoc in aliis procurādo. Misericordia ad pauperes et egenos in operibus misericordie de

quibus supra. Munditia cordis: ad deū et primus per bona exempla. Esse pacificus. s. discordias mitigando: et earum causas excindendo. Persecutiones pati propter xpm: nō vindicando: nec vindictam desiderando. Et hec de peccatis et eorum circumstantiis: et etiam de eorum remediis.

¶ De satisfactione.

Restat aliquid dicere de satisfactiōe: licet breuiter: quia cū sit materia latissima in qua incidunt multa et pene innumerabilia: nō possent cōplecti in hac breuitate. Adcirco solū dicamus quid satisfactio sit. Est autem satisfactio s̄m Tho. In iurie illate recōpēsatio. s̄m iusticie equalitatem. Regulare est quod penitentie q̄ imponūtur pro satisfactione peccatorum: hodie sunt arbitrarie. et in hijs p̄mittit̄ libera potestas sacerdotibus. Debent autē ip̄i esse prudentes in hoc: quia nō debēt pro grauib; leuia imponere: sed attendant ad qualitatem personarum ad cōpunctionem confitentium. Ad quantitates et diuersitates peccatorum: et cōtinuationes p̄ tempora et loca etc. Debent autē attendere quia tria genera bonorum sunt nobis a deo collata: sc̄z sp̄ualia. corporalia. et bona fortune. Et quia cū istis et circa ea offendimus deū. Per hec etiā fiant satisfactiōes: et innungantur penitentie: quia iuxta Gregoriū. Celestis medicus contraria adhibet medicamenta peccatis: vt lubricis cōtinentiam. Tenacibus largitatez etc. Illa peccata q̄ sunt sp̄ritualia vt Superbia. inuidia. accidia. etc. deleantur p̄ orationes sacrificia etc. h̄mōi. Illa autē q̄ sunt carnalia per ieiunia peregrinationes: et alia afflictiua carnis. Illa q̄ sunt p̄pter temporalia: per helemosinas et cetera talia. Ibi esset agendū de restitutione ablatorum: et multiplici rapina. Itē de helemosina. de oratione. de ieiunio. de alijs multis q̄ p̄tinent ad materiā satisfactionis: nō sunt p̄sentis epilogi: nec breuiter possent cōplecti. remittim⁹ ad doctores de istis la

re agentibus sed hodie sunt iste materie cōpilate p̄sertim
in quadā summa q̄ dicitur angelica seu baptistina. Cōsule
rem q̄ oēs curati illā haberēt: essent satis cōpetēter instru
cti in multis difficultatib⁹ q̄ quotidie occurrūt: aut circa
ista cū eis occurrerint: cōsulāt peritiores. Debēt tñ p̄fesso
res penitentib⁹ cōsulere vt h̄mōi satisfactiones ⁊ peniten
tias pro peccatis: studeāt i statu gr̄e (⁊ ante q̄ iterū peccēt)
adimplere. q̄ post q̄ inciderint iterū in mortalib⁹: doctores
dubitant an satisfaciāt. Veritas ē in hoc: q̄ in h̄is reb⁹ que
derelinquūt effectū post se: bene satisfit i mortali. vt elemo
syna q̄ dimittit post se diminutionē patrimonii vel ieiuni
um qd̄ relinquit post se debilitationē corporis. in oratione
aūt ⁊ alijs huiusmodi nō satisfit in mortali. Et est notādū
q̄ vt diximus sunt tria opera satisfactoria. s. oratio. ieiuniū
⁊ elemosyna. Per ieiuniū intelligunt̄ oia carnē affligētia.
vt marcerationes. afflictioēs. flagellatioēs. peregrinatio
nes. ⁊c. Per elemosynā. oia opera misericordie corporalia.
Per orationē: oia opera misericordie spiritualia. Itē p̄ ie
iuniū ordinat̄ homo ad seip̄m. Per elemosynā ad p̄ximū.
Per orationē ad deū. Et hec sufficiant de satisfactione.

¶ De sigillo confessionis.

Saper est aliqd̄ dicere de sigillo cōfessionis. Et bre
uiter sciendū: q̄ nihil est in humanis qd̄ magis ad
sigillū ⁊ secretū arretur. ratio ē q̄ ibi nihil dicit̄ sa
cerdos scire vt homo: sed vt deus. Et p̄pter multa incōue
nientia q̄ sequerētur. idcirco reuelās cōfessionē deponitur
⁊ recluditur in monasterio ad agendā p̄petuaz penitentiā
Quid aūt si excōmunicetur a p̄lato nisi velit reuelare: di
cendum q̄ nō ligatur: q̄ vt diximus scit vt deus ⁊ nō vt ho
mo. ⁊ non curet excōmunionem. sed libere dicat se nescire.
Idem si exhiatur cum iuramento potest iurare se nihil
scire. ⁊ verum iurat quia nescit vt homo. Si autem sibi de

tur licencia a penitente vt reuelet: neq; cū hoc faciat . pōt autē penitens facere vt ille sciat tamq̄ homo: qđ sciebat vt scilicet dicendo sibi extra cōfessionē . 7 iubere vt alijs dicat 7 tunc possit: licet in veritate deberet se excusare: q; possit alios scandalizare credentes q; sciat in cōfessionē . Si autē sciat in cōfessionē aliquod peccatus qđ inducit periculū: vt est heresis vel aliquid simile : nō pōt reuelare sed caute debet admonere penitentes . vel in generali dicere prelato: q; vigilet sup gregez suū . si sacerdos extra confessionē aliqđ sciat: postea sibi in cōfessionē illud dicatur: dicendū q; celare debet: vt saltis vitetur illud scādalu de quo dixi: scz ne alij credāt q; reuelet cōfessionē . Si autē queratur q̄ sit materia 7 forma huius sacramēti: dicendū q; loco materie sunt ille tres partes penitētie de quibus diximus: scz cordis contritio . oris confessio . operis satisfactio . Forma sunt verba sacerdotis . scz ego te absoluo . 7c . Et hec de materia confessionis 7 sacramento penitentie dicta sufficiant .

¶ Forma absolutionis .

Dereui tamen ppter simplices sacerdotes qui hoc aliquando ignorant . modum absolutionis ponere qui talis est . facto signo crucis in capite dicat .

¶ Dominus parcat tibi amen . Per aspersionem sanguinis domini nostri ihesu xpi: 7 merita sue gloriosissime passionis 7 beatissime marie matris eius: 7 beatorū apostolorū petri 7 pauli 7 omnium sanctorū . Misereatur tui omnipotēs deus 7 dimittat tibi omnia peccata tua: liberet te ab omni malo saluet 7 cōfirmet in omni opere bono 7 perducatur te ad vitam eternam amen .

¶ Dominus noster ihesus xps qui pro te natus 7 passus est per merita sue sacratissime passionis te absoluat: et ad gloriam sempiternam te perducatur amen .

¶ Et ego auctoritate ipsius dñi nri ihesu xpi ac eius bea

toꝝ apłoz petri ⁊ pauli ⁊ ecclesie in hac pte mihi cōcessa ⁊
qua fungor te absoluo ab omni vinculo ⁊ sentēcia excōica
tionis maioris vel minoris suspētionis ⁊ interdicti si quam
vel quas forte incurristi: ⁊ a participatione cū excōicatis in
quantū possum ⁊ valeo. ⁊ restituo te sacramentis sacro san
cte matris ecclesie ⁊ cōmunicationi ac participationi ⁊ vni
tati fidelium. In nomine patris ⁊ filii ⁊ spūs sancti amen.

Tem eadē auctoritate te absoluo ab oibus pecca
tis delictis criminibus excessibus ⁊ negligētis tu
is mortalibus ⁊ venialibus mihi confessis oblitis
neglectis ⁊ ignoratis ac ab oibus aliis quibuscunqꝫ cū cir
cūstantiis istoꝝ ⁊ illoꝝ de quibus tu libenter cōfitereris si
eoz memoriā haberes. In nomine patris ⁊ filii ⁊ spūs san
cti amen. ¶ Omnia bona q̄ fecisti ⁊ facere pponis ⁊ q̄
per deuotas ⁊ religiosas psonas pro te facere procurasti ⁊
pcurabis ⁊ omnia mala que patienter ⁊ iniuste sustinuisti
ac in posterū sustinebis totū id tibi iniungo in penitentiā
⁊ remissionēz omniū peccatoꝝ tuoz ⁊ in augmentū gratie
⁊ virtutis: ⁊ in acquisitionem vite eterne amen.

Sacratissima passio dñi nri ihu xpi ⁊ merita beatif
sime marie matris ei⁹ ⁊ oīuz sctōꝝ ac suffragia oꝝo
nes indulgētie vigilie ieiunia helemosine pegrina
tiōes ⁊ abstinētie ⁊ discipline q̄ fecisti ⁊ facies: ⁊ q̄ fiūt ⁊ fiet
in futurū i tota militati ecclesia sint tibi in remissionē oīuz
pctōꝝ tuoz ⁊ in augmētū grē ⁊ virtutis: ⁊ in auxiliū ⁊ pte
ctionē tuā ad felicitatē eterne glorie psequendā: ⁊ suppleāt
qd̄ necessariū est amen. Uade in pace ⁊ amplius noli pec
care. In nomine patris ⁊ filii ⁊ spiritus sancti amen.

¶ Et benedictio dei omnipotētis patris ⁊ filii ⁊ spūs san
cti descēdat sup te. ⁊ angelus bonus semp sit tecū amen.

¶ Scias tu sacerdos qꝫ teneris orare p cōfitentib⁹ tibi.

¶ De sacramento eucharistie.

De venerabili eucharistie sacramēto nihil a nobis dici potest quod sufficiat: nō etiam a toto mundo. Est enim ibi virtus ineffabilis: neq; humanis vocibus potest exprimi etiam si oia humana membra vertantur in linguas. Tūc enim tantoꝝ misterioꝝ secreta pfecte capiemus cū reuelata facie videbimus deū secuti est: vt dicit apostolus. Sed ne arguamur ibi nihil dicere vbi maior affluit copia dicendoꝝ: breuiter (vt pfecti sumus) dicamus quid eucharistie sit. Dicendū qd est consecratio corporis et sanguinis ihesu xpi sub speciebus panis et vini virtute verborū a sacerdote prolatoꝝ. Notatur in hac diffinitione materia forma et intentio: que requiruntur in hoc sacramēto: ac etiam minister qui est sacerdos rite et legitime ordinatus. Et notādū qd hoc sacramētū diuersimode nūcupatur a fidelibus. Vno modo eucharistia: ab eu. qd est bonum. et charis. qd est gratia. quasi bona gratia. Vel dicitur missa qz ibi hostia pacifica que nos recōsiliauit deo. scz Xps ihesus mittitur ad patrem pro salute viuoꝝ et mortuoꝝ. Dicitur etiam viaticum. quia cibus est viatorum in vita spirituali ad eius refectionem. alijs etiaz diuersis nominibus nominatur s̄m diuersas significationes. vt cōmunio a com. quod est simul. et vnio. onis. quia est vnio fidelium. etc.

De materia.

Circa materiam autem huius sacramenti dicendū est: qd est panis et vinum. panis. s. triticius. non ex milio aut ordio vel alio quocunq; grano: sed tantū ex tritico. et panis debet confici cum aqua elementalī tantum: et non cū aqua artificiali vel alia quacūq;. Quid aut si cum tritico sit admixta aliqua alia materia? dicendū qd non noceret nisi tanta esset admixtio qd mutaret naturam tritici. Posset etiā confici et cōsecrari in fermento: licet peccaret clericus latinus. Secus de grecis qui consecrant in

fermento. Et notandum quod non debet poni sal in tali pane consecrando. De vino etiam dicendum est quod debet esse ex vite. non vinum pomorum vel granatorum: aut aliud simile. non etiam in aceto vel agresta. et intellige de aceto quod omnino est acetum. Bene autem in vino acetoso aut quod incipit corrumpi: dum tamen non sit omnino corruptum. licet melius esset querere aliud si possit haberi. et debet cum vino in calice misceri modicum aque: et ita modicum quod facile conuertatur in vinum. quia vinum proprie est materia sanguinis et aqua non est de substantia sacramenti: sed ponitur quoniam simul cum sanguine exiit de latere christi: vel quia significat unionem fidelium ad christum. Cum vero vino aquato in dolio posset celebrari: quod dicitur expensa. et si cum tali vino celebraretur nihilominus poni debet aqua: sed melius est querere aliud. Cum musto posset celebrari: sed non debet fieri donec sit bene defecatum. nec cum expresso ex racemo. Quare autem fuit institutum istud sacramentum in his duabus speciebus? Ratio est: quia effectus corporalis utriusque maxime conuenit huic sacramento. Nam panis confortat: et vinum letificat. Psalmista. panis cor hominis confirmet. et alibi. vinum letificat cor hominis. Ita facit istud sacramentum in vita spirituali. Ponunt doctores alias rationes ad quos remitto. Et etiam christus comparauit se grano frumenti. Jo. xii. nisi granum frumenti cadens terram. et viti dicens Ego sum vitis vera. Jo. xv. An sacerdos posset consecrare in quacunque quantitate harum specierum? Dicendum est breuiter quod sic. sed talis esset grauissime puniendus: Nam solum debet consecrare quantum sufficit sibi et populo pauperum numerum summentium vel infirmorum et non plus.

¶ De forma eucharistie.

De forma autem huius sacramenti dicendum est: quod consistit in verbis certis et determinatis ut in aliis sacra-

mētis quoz forma sunt v̄ba. Unde sciendū q̄ in missa aliq̄
sunt de solēnitate tm̄. vt ē gl̄ia in excelsis ⁊ ps̄a ⁊ credo. ⁊ c̄.
talīa: ⁊ ista aliq̄n̄ dimittūtur. Aliqua sunt de necessitate pre
cepti: vt sunt illa q̄ Petrus ap̄lus ⁊ alij successores sui sum
mi p̄tīfices instituerunt. vt est p̄facio ⁊ sc̄t̄us. ⁊ pater n̄r. ⁊
canō misse. ⁊ ista nō p̄nt in totū vel in p̄te dimitti sine gra
uissimo pctō ⁊ pena. t̄n̄ cōficeret ⁊ cōsecraret obmittēs cū
verbis sacramentalib⁹ ⁊ alijs requisitis. s. materia ⁊ intētiōe.
Alia sunt de necessitate sacramēti ⁊ sine illis nihil fieret. vt
sūt illa v̄ba q̄ xp̄s dixit: in cōsecratiōe sui corporis ⁊ sangui
nis: q̄n̄ istud sacramētū instituit. qz in hīs verbis p̄sistit for
ma. ⁊ vt dicit philosophus forma dat esse rei. Verba autē
formalia sunt hec in cōsecratiōe corporis. Hoc ē enī corp⁹
meū. Ista dictio. enī. nō ē de necessitate sacramēti: t̄n̄ pec
caret obmittēs licet cōsecraret. An debeāt p̄cedere aliq̄ alia
v̄ba: aliq̄ dicūt q̄ sic de necessitate: sed illud est verū de ne
cessitate p̄cepti: nō de necessitate sacramēti. Si aliquid ali
ud dimittat̄: nō est sacramētū. Si vero corūp̄atur v̄ba: qz
est balbutiens vel alias: bene p̄secraret. Itē debēt dici ver
ba sine interuallo ⁊ simul. Qui aliud cogitat dū dicit v̄ba
nihilominus cōsecraret: debz t̄n̄ attentissimus esse quantū
fert humanitas. Et hec oīa etiā itellige in cōsecratiōe san
guinis: cui⁹ v̄ba formalia sunt. Hic ē enī calix sanguinis
mei noui ⁊ eterni testamēti mysteriū fidei q̄ pro vobis ⁊ p̄
multis effundet̄ in remissionē pctōz. Quid si aliq̄d hoz di
mittatur: aliq̄ dixerūt q̄ solū de necessitate sacramēti sunt
illa verba. Hic est calix sanguinis mei. ⁊ q̄ alia verba sunt
de necessitate p̄cepti: ⁊ licet dimitterent̄ cū grauissimo pec
cato nihilominus cōficeret obmittēs. Verior tamē opinio
⁊ securior est sancti thome: ⁊ alioz q̄ nō esset sacramentus
si aliquid hoz ommitteretur: licet possit dici de dictiōe enim
idem qd̄ supra. Notandū etiā q̄ licet virtute verboz for

me cōsecrationis corporis sub specie panis sit tantū corp⁹
xp̄i. ⁊ virtute verboꝝ forme consecrationis sanguinis: sub
specie vini sit tm̄ sanguis xp̄i: tamen ex quadā naturali cō
comitantia: sub qualibet specie est totus xp̄s verus deus ⁊
verus homo. ita dicit p̄sa huius festiuitatis. caro cib⁹: san
guis potus: manet xp̄s tm̄ totus sub vtracq; specie. Et hec
de forma.

¶ De intentione.

Quoniam circa intētionē autē etiā scire oportet: q̄ p̄secrans
debz habere intētionē cōsecrādi eo modo quo xp̄s
cōsecrauit: ⁊ in sua ecclia obseruatur ⁊ cōsecrat. ali
as sine intētionē nihil fieret. neq; ē necessaria actualis intē
tio: dū v̄ba dicuntur vt p̄dixi. qz licet tūc aliud cogitet nihil
ominus dicitur intētionē habere: si a principio habuit. Du
bitatur autē circa intētionē. si sacerdos crederet duodecim
hostias ibi esse cū sint tredeciz: an sint oēs tredeciz cōsecra
te vel tm̄. xij: dicendū qz si p̄cise intēdebat p̄secrare. xij. aut
illa alia pōt cognosci: ⁊ tūc. xij. sūt p̄secrate ⁊ illa nō. aut nō
pōt cognosci: ⁊ tūc nulla ē p̄secrata: p̄pter defectū intētiōis
q̄ nō pōt discerni: qz nō cōsecratur nisi hostie ⁊ vinū de qb⁹
est determinata intētio. ⁊ ista talis intētio cōfusa nihil opa
tur. Si tm̄ intēdebat cōsecrare totū qd̄ erat añ se: licet cre
deret esse. xij. ⁊ sunt. xij. vel plures: oēs sunt p̄secrate. ⁊ ita
debz facere sacerdos nō determinare numez: qz posset esse
hoc periculum.

¶ De ministro.

De ministro autē hui⁹ sacramenti diximus qz debet
esse sacerdos rite ⁊ legitime ordinatus. dico autē
rite ⁊ legitime vt sit ordinatus ab ep̄o: qz nō pōt
alius ordinare. Et qz talis ep̄s habeat intētionē ordinādi:
qz est de substantia ordinis. Itēz qz nihil deficiat in tali or
dinatione: ex hīs que sunt de substantia ordinis. vt vnctio
manuum: tradicio calicis: verba formalia ⁊ cetera. Quia si
aliquid horum deesset: talis non esset sacerdos neq; posset

consecrare. **D**e sacerdote autem heretico scismatico vel de gradato: si habet intentionē ecclesie certum est quod consecraret: sed adderet sibi maximā dampnationē. **I**des si existeret in peccato mortali: de quo non penituit. vel si est in affectu vel proposito peccandi. quid aut si volens celebrare conteritur de peccato: sed nō habet copiā sacerdotis. **D**icendū q̄ si talis celebratio est necessaria (vt ad cōmunicāndum infirmū qui timetur mori: vel esset scandalū populi si dimitteret missas: vel iam missas incepit ⁊ cetera huiusmodi) Conteratur iste talis quantum potest: ⁊ q̄ citius poterit confiteatur post missam: ⁊ secure celebret. **I**tem sacerdos pro sustentatione sua vel ratione helimosine: potest pecunias recipere. nō autem pro missa quasi illam precio estimans: quia peccaret mortaliter. **Q**ui habet manus tremulas non debet celebrare. vel qui patitur morbū caducum: aut dilucida interualla: aut cecutiens notabiliter: ita q̄ sit periculum vel scandalum. **N**otandum est q̄ ita cōficit malus sacerdos sicut bonus: quia facit nomine ecclesie: tamē non ita meritoze ⁊ acceptabiliter deo: pro se ⁊ alijs. **M**elius tamen est audire missas boni sacerdotis q̄ mali. ⁊ ides recipere sacramenta. sed quia periculum est in iudicando: ideo laici nō multus debent instare in hoc. satis est scire q̄ missę ⁊ omnia q̄ fiunt nomine ecclesie: profunt viuis ⁊ defunctis. **I**lla autem que fiunt nomine proprio: nō profunt existentibus in purgatorio: nisi faciens sit extra peccatus ⁊ in charitate. **I**tem scias q̄ semper clericus celebrans: debet cōmunicare. **S**acerdos nō debet prohibere a cōmunionē occultum peccatorem: saltem in publico. ⁊ nullo modo cōferat hostiā nō cōsecratam: quia hoc pro nulla causa posset licere. qui est celebraturus debz se p̄pare ad tantus officium. discutere primo cōscienciaz: q̄ vt dicit apls. probet aut seipm homo. ⁊ eam mūdare per confessionē. si deglutiat se

lauādo guttas aque: Dicendū q̄ si nō fecit scienter: ⁊ sint
in parua quātitate: potest celebrare. secus si sumpsit medi-
cinā: q̄ illud fuit p̄ modū cibi aut potus. Nunq̄ sine mini-
stro debet quis celebrare. Et sciendū q̄ si passus est pollu-
cionē nocturnā: illud potuit esse sine peccato vel cū eo: q̄ p̄-
cessit inebriatio v̄l sordida cogitatio: aut aliquid huiusmo-
di. ⁊ tamen omnino aut de necessitate vel de honestate: in
vtroq̄ casu impediē celebratio illa die. nisi esset necessitas
aut scandalum vt dixi: quia esset missa popularis.

¶ De loco ⁊ hora misse.

Qua hora ⁊ vbi debet missa celebrari: Dicendus q̄
regulariter in ecclesia ⁊ nō alibi. nisi ex dispēsatiōe
apostolica. vel episcopali. Et celebratur a prima lu-
ce vsq̄ ad horā nonā: in qua xp̄s exspirauit. quotidie autē
celebratur missa p̄pter multas ratiōes quas assignāt docto-
res. nisi in die parasceue. Debet autē celebrari supra tabulā
lapideā cōsecratā q̄ est ara: nō fracta nō rasa nec in aliquo
defectuosa. ⁊ sup panno lineo nō cōtexto ex serico vel alia
materia: q̄ significat linteū vel sindonē quo fuit inuolutū
corpus ihesu. Calix etiā nō debet esse vitreū vel ligneū aut
cupreū. sed solū ex auro vel argēto aut stagno. In nauī nō
licet missas celebrare: neq̄ in ecclesia polluta sanguinis vel
feminis effusione: ⁊ qui scienter celebraret peccaret graui-
ssime. Itē neq̄ corā excōicatis vel alijs phibitis p̄sonis. nō
debet dici missa añ matutinū ⁊ primā recitatā nō debet sa-
cerdos nisi vnā tantū missas in die celebrare. sunt tñ aliq̄
cause p̄pter quas pōt duas missas celebrare: vt si tenet ser-
uire duabus ecclesijs cōtiguis vt pmittūt iura. vel si mortu-
us ē aliquis post missam. vel si ē aliquis in periculo mortis
⁊ nō habet hostiā cōsecratā. Sed cū duas est dicturus nō
p̄fundat post cōionē. i. nō faciat abluionē. Missa incepta
nullomodo dimittat. De forma aut ⁊ ritu celebrādi missas

z cur vnūquodq; in ea agatur z qđ significat esset lōga ma-
teria. Remitto ad sacramētale z doctores qui de his late
scribunt. ¶ Quibus debet dari hoc sacramentum.

Notandū est autē circa sumptionē huius sacramēti.
Quod quidam sumūt illud corporaliter tm̄: vt infidelis
vel bestia aliqua si (qđ absit) assumeret. quidā autē
spiritualiter tm̄: vt deuotus fidelis missam in statu gratie
audiens. de quo intelligitur illud augustini. Crede z man-
ducasti. s. per deuotā adorationē. quidā etiā sumūt sacramē-
taliter z corporaliter nō autez spiritualiter: vt falsi xp̄iani.
quidā etiā corporaliter sacramentaliter z spiritualiter simul:
vt sunt boni xp̄iani qui in fide z charitate cōicant: ex cuius
pceptione multa bona suscipiunt. ¶ Requiritur autē ad debi-
tam sumptionē huius sacramēti. mūdicia corporolis. eleua-
tio mētis ad deū. z immunitas a peccato mortali. qui enim
cū peccato accedit: iudiciū sibi māducat z bibit. debz autē su-
mi a ieiunijs ieiunio nature. Est enī duplex ieiuniū. s. na-
ture qđ soluitur per quācunq; sumptionē cibi aut pot⁹ vel
medicīne. ieiuniū autē ecclesie nō soluitur nisi per comestio-
nem vel potū in modicū cibi aut potus vna tm̄ comestione
excepta: cū qua nō dicitur solui. ad sumptionē autē sacramē-
ti debet esse ieiuniū nature. Sed illud nō est intelligendū
de infirmis: qz necessitas nō habet legem. z ieiunus etiam
dicitur qui transglutit aliquid dereliquijs remanētibus in-
ter dentes: qz illud transiuit per modū salīue. ¶ Item istud
sacramentū nō debet dari pueris ante vsum rationis. s. an-
te quatuordecimū annū: vt in. c. omnis vtriusq; sexus de pe-
ni. z remi. Si tamē est prope illos annos z videtur habere
vsum rationis: arbitrariū est. Non datur amentibus neq;
freneticis. demoniacis si habent vsum discretionis debz
dari. Nō cōmunicant laici sub vtraq; specie: ppter aliquas
rationes quas ponūt doctores. spacialiter autē vt intelligāt

qz sub qualibet specie est verus deus z verus homo. Item propter periculū effusionis sanguinis . histrionibus z iniurijs nō debz dari istud sacramentū dampnatis ad mortem pōt dari z illa die nō debent occidi. Pugnatibus in duello i. in bello duoz ex mandato superioris dari pōt: alias non. Post octo dies nō debēt hostie cōsacrate seruari neqz aliqbus dari: sed debet sumere sacerdos z renouare.

¶ De defectibus q̄ in missa occurrere possent.

Possunt aut defectus in missa accidere ante cōsecrationē vel post: aut in ip̄a cōsecrationē. Ante cōsecrationē aut vt si minister vel ipse sacerdos credēs ponere vinū: apposuit aquā. Dicēdū qz sacerdos aut percipit hoc ante cōsecrationē vel post. Si ante: effundat z iterum ponat vt decet. Si post cōsecrationē hostie inuenerit non apposuisse vinū: ponat z dicat. Simili modo r̄c. Si autem post cōsecrationē sanguinis inuenerit totū esse aquā: proiciat secrete quantū pōt z iterū ponat vinū z aquā z dicat simili modo r̄c. Si aut post sumptionē hostie: iterum ponat aliā z redeat ad totam cōsecrationē: z sumat postea omnia. Si aut reperiat post cōsecrationē sanguinis nō apposuisse aquā: dimittat z nō curet: qz vt diximus aqua nō est de substantia sacramenti. Si sacerdos ppter infirmitatē vel mortem superuenientē nō potuit missam p̄ficere: si fuit ante cōsecrationē totū dimittatur. si post: alter sacerdos psequat̄ a loco quo ille dimisit. z si nescitur incipiat a principio. Si celebrās inuaditur ab inimicis: pōt dimittere z se defendere. qz si se defendendo occidat: pōt nihilominus ad missam redire z p̄ficere. Si aranea vel venenū cadat in calice: ante cōsecrationē: effundat z iterū ponat. si post cōsecrationē: cuz veneno vel aranea nō debz sumere: qz sacrificiū vite nō debet dare causam mortis. sed ponatur in sacrario z itez suppleat modo p̄dicto. Si aut cadat musca vel aliud simile: ca-

piatur si fieri pōt z cōburat̄ z cinis ponat̄ in sacrario qđ aut̄
in calice ē sumi debz cū fieri possit sine piculo. Si sanguis
cadat extra calicē: sacerdos fugat z si ē in tabula vel lapide
radatur z puluis seruetur. Si cadat in sindone: ter lauetur
z bibat sacerdos vel ponatur in baptisterio ecclie: z linteus
in quo cecidit scindatur z cōburatur z puluis seruetur. Si
totus sanguis ex calice effundatur: suppleri debz itez vt di
ctū ē z peniteat sacerdos. xl. dies. si sanguis cecidit extra al
tare: si aut̄ sup altare: trib⁹ dieb⁹ peniteat. Si mus come
dat corp⁹ xp̄i: capiatur si fieri pōt z cōburat̄: z seruet̄ cinis
vt dictū est. si hostia putrefiat: seruetur etiā in sacrario z sa
cerdos peniteat. xl. dieb⁹. qz renouari debuit post octo dies
vt dixim⁹. si hostia cadat in sanguine: nihil suppleatur: qz
nō ē necesse: sed sumat̄ suo loco vbi cōsuevit sumi: fractiōes
enim z signa nō sunt de substantia. si gelu cōgelet̄ sanguis
callescat in aqua callida. si euomuerit quis eucharistiam:
vomit⁹ cōburatur z in altari p̄datur: z vomēs peniteat. xl.
dieb⁹ si ē sacerdos z fuit in aliqua culpa: si laicus septē dieb⁹
peniteat. Ista penitētia s̄m aliquos ē ieiuniū in pane z aq̄.
sed credo qđ sit arbitrariū. Si celebranti exierit sanguis a
nasu vl' vomit⁹ supueniat: expectet donec cesset impedimē
tū: z postea psequatur. Si sacerdos dubitet an aliqd̄ obmi
sit de canone: si pbabilis nō ē dubitatio nō curet: qz nō pos
sum⁹ de oibus tenere memorias. Si aut̄ pbabilis dubitet:
suppleat z maxime in v̄bis formalib⁹ p̄secratiōis. sed ppter
leues z scrupulosas p̄sciēciā nō debz q̄s turbari. z hec breui
ter de h̄is defectib⁹ z alijs similib⁹ dicta sufficiāt. De vesti
bus aut̄ sacerdotalib⁹ qđ b̄ndici debent. z qđ sunt. z quid si
gnificent. nō videtur nimis necessariū ideo dimitto.

Practica autem portanti z reducendi hoc sacramē
tum ad infirmos: qđ debet fieri cum hostia cōsacra
ta: vel particula eius in vase mundo: ponitur late

in sacramentali ad quod remitto. Et hec de eucharistie sacramēto dicta breuissime sint. vt ex paucis multa atq; maxima cogitetis.

¶ De confirmatione.

Ueniamus iam tandē ad alia quatuor sacramenta: de quibus vt prediximus breuius agemus. Et primo de sacramento confirmatiōis quid sit? Dicendum est: qd est gratia dei q̄ datur confirmato: ad docendū & paciendū pro xp̄o. Dicitur aut̄ a con. & firmo. firmas. vel aliter diffinitur. Confirmatio est cōsignatio facta cuz crismate ab episcopo in fronte baptizati: sub forma verborū: ad confitendū audacter nomen xp̄i. Requiritur autem in hoc sacramēto vt in alijs. materia. forma. & intentio. materia autem est olium oliuarum & balsamus. oleum autem qz est nutrimentum luminis & propter alia que significat. balsamus propter fragrantiam odoris: quod vtrumq; conuenit confirmatio. Ex hīs enim conficitur crisma quod est materia. Forma autem consistit in verbis. scilicet signo te signo crucis & confirmo te crismate salutis: in nomine patris. &c. Intentio debz esse ex parte ministri: vt intendat cōfirmare in forma ecclesie. Minister huius sacramenti ē solus episcopus. causa huius est. qz sicut in temporalibus solus princeps ordinat milites: ita in vita spūali solus princeps ecclesie (qui est ep̄s) ordinat milites xp̄i: q̄ pro eius nomine patiantur mortem si necesse sit. tamē ex cōmissiōe pape posset simplex sacerdos cōfirmare: nō tamen hoc cōsuevit cōmittere. Suscipitur aut̄ istud sacramentum a quibuscunq; indifferenter. pueris. s. post septenniū. & senibus viris & mulieribz. & licet sine ipso posset quis saluari: tamē is qui ex contemptu vel notabili negligentia dimitteret: peccaret mortaliter. Ideo curati monere debēt parrochianos suos vt qñ ep̄s est in parrochia recipiant et recipi faciant (per filios suos) istud sacramentū. Confertur eniz

in eo gr̃a vel collata augetur. Imprimi^{us} in ea character vt
diximus. ideo nō pōt iterari. Debent interuenire patrini
qui quasi pro eo fide iubent. ⁊ cōtrahitur cōpaternitas. po
test etiā nomen mutari: qz iaz censetur nouus homo ⁊ hec
sufficiant de cōfirmatione. ¶ De ordine.

Ordō ē signaculū quoddā quo spiritalis potestas
vel officiū tribuitur ordinato. Sūt aut ordines no
uem s̃m canonistas. vt correspōdeant nouē ordini
bus angeloz. s̃m theologos septez: qz septiformis est gr̃a
dei. Sunt aut sequētes. s. psalmistatus. hostiariatus. lecto
ratus. exorzistatus. acolitatus. subdiaconat^{us}. diaconatus.
presbyteratus. ep̃atus. s̃m theologos aut psalmistatus nō
ē ordo. ⁊ credo qz b̃ndicant: nā psalmistatus minus ē q̃ pri
ma tonsura: ⁊ tñ illa non est ordo sed dispositio ad ordines.
nec in ea imp̃mitur character. ideo dicūt de ep̃atu qz nō ē or
do: sed culmē dignitatis. remitto ad rōnes vtrozūqz. Horz
ordinū quidā sunt minores qdā maiores ⁊ sacri. Minores
sūt hostiariat^{us}. lectorat^{us}. exorzistatus. acolitat^{us}. Maiores
aut sūt illi tres sacri. s. subdiaconat^{us}. diaconat^{us}. presbytera
tus. Istoz ordinū officia sunt: qd̃ hostiarij est admittere fi
deles ad ecclias: ⁊ excludere infideles: excōicatos ⁊ alios q̃
admitti nō debēt ad diuina. lectoris est legere p̃phetias: ⁊
sub isto includitur psalmistat^{us} s̃m theologos: ⁊ bene: meo
iudicio. exorzista expellit demones p̃ cōiurationes ⁊ adiu
rationes. istoz etiā ē b̃ndicere nouos fruct^{us} vites ⁊ alia hu
iusmōdi. acolitus grece dicitur ceroferarius: q̃ fert candela
bra. debz etiā parare materias ex quib^{us} cōficitur corp^{us} xp̃i:
inde in ordinatione sua datur sibi ampulla. subdiachonus
grece dicitur inferior minister. nā diachonus dicitur mini
ster. ad subdiachonū p̃tinet legere epistolā in apparatu. fa
cit votū cōtinentie solēpne indispensabile. Itē debz recipe
re oblationes fidelū: ⁊ eas diuidere singulis sacerdotibus

z ministris. diachoni est legere euangeliū in apparatu. po-
 test etiā pponere verbū dei z p̄dicare populo. Sacerdotis
 est cōsecrare corpus z sanguinez xp̄i. absoluerē a peccatis.
 dicitur autē sacerdos. i. sacer dux. vel sacra dans. aliter nomi-
 natur presbyter. i. antiquus vel senis. nō propter etatē: sed
 ppter maturitatē vite z moꝝ. Quomodo z qñ z per quos
 actus imprimitur character in quolibet ordine: remitto ad
 epos qui in hoc maxime debent esse instructi. Materia in
 hoc sacramēto est vnctio in presbyteris cū traditione cali-
 cis. in aliis autē traditio instrumētōꝝ. Forma sunt verba q̄
 episcopus dicit ad quemlibet ordinem. Intētio debet esse
 ordinare tales in forma ecclesie ad officiū sibi deputatum.
 z debent dici verba simul cū actu. In quo libet ordine im-
 primitur character: neq; presupponit caractereꝝ alterius or-
 dinis. Requiritur in clerico ordinādo multa. Primo q̄ sit
 natus ex legitimo matrimonio. nō seruus. non bigamus.
 nō corpore viciatus. zc. Et hec de ordine sufficiant.

¶ De matrimonio.

Quia spōsalia precedūt matrimoniū idcirco de illis
 dicamus. Sūt autē spōsalia futuraz nuptiaz pmi-
 ssio. dicūtur autē ab spōdeo. i. pmitto. Cōtrahūtur
 autē p v̄ba de futuro. dicēdo. Ego te accipiā in meā. Nam si
 verba essent de p̄nti: matrimoniū est nō spōsalia. p̄nt autes
 cōtra hi spōsalia post septēniū. Et notandū q̄ añ quartū
 decimū in viro z. xii. in muliere: etiā si tales p verba de p̄nti
 cōtrahant: semp sunt spōsalia de futuro: etiā si aliter sit in
 etate legitima. solūnt autē spōsalia multis modis. Primo
 p ingressuz religiōis. z isto modo etiā solūntur spōsalia de
 p̄nti nō cōsummata p copulam. Itē p adulteriuꝝ alterius.
 per infirmitatem lepre: vel aliaz que inducat deformitatē.
 per dissensum alterius cū peruenit ad legitimam etateꝝ.
 per contractum: per verba de presenti. Circa matrimoniū

aũt dicendũ: q̄ matrimoniuũ est cõiunctio maris et femine
individuam vite cõsuetudinẽ retinens. Alie diffinitiones
assignantur: sed ista sufficit. Dicitur aũt matrimoniuũ a ma-
tre ⁊ munio. idest officio. nã ostenditur magis matrimoni-
um in officio matris q̄ patris: p̄pter partũ ⁊ nutritionẽ fi-
liorũ. ideo nõ dicitur a patre. Verba matrimonij de presen-
ti sunt. ego te accipio in meũ: ⁊ ego te in meam. vel si p̄ ali-
us dicantur: sufficit ad illa respondere per verbũ si. vel per
aliud consensum exprimens. vel per signũ si est mutus vel
surdus. Fuit institutus matrimoniuũ in paradiso terrestri.
differunt doctores per que verba: sed nõ est magna vis in
hoc. Aliqui dicunt q̄ per illa verba dei dicentis: crescite et
multiplicamini. ⁊c. vel quãdo adam dixit: nũc os ex ossib⁹
meis: ⁊ caro de carne mea. ⁊ propter hanc relinquet homo
⁊c. Propter quatuor causas fuit institutus matrimonius. s.
p̄pter generationem. propter societatem. propter remedi-
um. ⁊ propter significationem. Contrahere aũt matrimo-
nium omnes possunt: qui expresse nõ prohibentur. Sunt
aũt aliqui phibiti cõtrahere: vt dicemus. Bona matrimo-
nij sunt tria. s. fides. proles. ⁊ sacramentũ. fides. i. fidelitas
ex parte vtriusq̄ in cõtinẽtia seruãda. Matrimonia aũt et
spõsalia debent esse publica: nõ clãdestina: p̄pter multa in-
cõueniẽtia q̄ sequi possunt. In hac Burgensi diocesi sunt
cõstitutiones sinodales cũ penaz oppositione. Adcirco sa-
cerdotes sint p̄uidi in hoc vt talia clandestina matrimonia
prohibeant: ⁊ illis non inter sint. Etas ad matrimoniuũ vel
spõsalia de presenti: est quatuordecim annorum in viro: ⁊
duodecim in muliere. ⁊ est necesse q̄ anni sint perfecti. nõ
enĩ sufficit q̄ annus quatuordecimus vel duodecimus sit
inceptus vel mediatus: sed q̄ sit p̄fectus. mutus. surdus.
cecus. ⁊ stultus per dilucida interualla: possunt contrahere
matrimoniuũ: per signa ⁊ nutus exprimentia consensum

Itē absentes per procuratores. sed ē speciale in hoc: qđ pcurator ad hoc datus: pōt reuocari sine eo qđ parti vel pcuratori notificetur. ⁊ post reuocationē nō valet gestū p talē pcuratorē licet ipse vel pars nō sit certificata. ¶ Forma autē qua dantur benedictiones nubēribus habetur in missali. Quid autē vnūquodq; significet: ⁊ quid annulus: quid arre ⁊ c. remitto ad sacramētale. Cōtrahentes autē secūdas nuptias nō debent benedici. Sanctus thomas tamē dicit qđ si mulier est virgo vel in possessione virginitas: debet benedici. Impedimēta q̄ impediūt matrimoniū cōtrahendū ⁊ dirimūt cōtractus: cōtinentur in hīs versibus. Error. cōdicio. votum. cognatio. crimen. Cultus. disparitas. vis. ordo. ligamen. honestas. Sensus. affinis. Impediunt certe vel si coire nequibis. Hec socianda vetani cōnubia iuncta retractant. Error. s. persone. Cōdicio. s. si est seruus. Votum. s. solemne. ⁊ sunt duo tantū. s. p̄fessio in religiōe: ⁊ susceptio sacri ordinis. Cognatio q̄ cōtrahitur in baptismo vel cōfirmatione. Crimen: nam aliqua crimina sunt q̄ impediunt matrimoniū. Cultus disparitas. qz est infidelis. Vis. qz violenter ⁊ p timores cōtraxit. Ordo. iam dixi. Ligamen. qz habet alia vxorem vel sponsam. Honestas. qz ex spōsalibus de futuro oritur. vt frater nō cōtrahat cū sponsa fratris. Sensus. qz est stultus. Affinis. qz affinitas cōtrahitur cū cōsanguineis cōiugiū. Vel si coire nequibis. qz ē impotens. Dicere autē magis explicite p singula esset longus. Remitto ad sacramētale: qui satis bene disserit de singulis. ⁊ nos viua voce diffusius dicemus in visitationib; donante domino. Et hec de matrimonio sufficiant.

¶ De extrema vnctione.

Exrema vnctio est cōsignatio corporalis cū oleo infirmoꝝ a sacerdote facta: sub forma verboꝝ i locis determinatis: cū q̄ spūalis ⁊ corporalis sanitas re-

paratur. Vel sicut scotus est. unctio infirmi hominis facta in partibus determinatis corporis cum oleo consecrato ab episcopo: et certis verbis a sacerdote cum debita intentione placis. Dicitur autem extrema unctio: quia in extremis laborantibus datur. Materia est oleum oliuaz: sine balsamo ab episcopo consecrato: quod dicitur oleum infirmorum. Forma sunt verba: et in unctio in locis certis: que simul cum verbis fit. Verba sunt per istas sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam: indulgeat tibi deus quicquid peccasti per visum: per auditum. et cetera. Differunt ista verba ab aliis aliorum sacramentorum. Nam alia sunt indicatiui modi: ista autem optatiui: per modum orationis. Ratio est quia hiis qui sunt in recessu: optatur salus spiritualis. Intentio debet esse ex parte vtriusque. scilicet dantis et recipientis istud sacramentum. Minister est solus sacerdos. nec alius potest inungere infirmos: iuxta verbum iacobi apostoli dicentis: inducant presbyteros et cetera. Debet fieri in certis locis ut diximus. scilicet in locis deputatis sensibus corporeis. ut in oculis. auribus. naribus. et cetera. Item in lumbis et pedibus de consuetudine: sed non est de substantia. Et notandum quod manus sacerdotis infirmorum non debet inungi intus sed extra: propter reuerentiam episcopi que primo unxit. et quia non est necesse cum iam uncti sint. Datur autem istud sacramentum omnibus non prohibitis: infra annos discretionis vel circa: si sunt prudentes. quod est arbitrarium. Prohibetur autem ab isto sacramento: stulti. frenetici. et cetera. nisi ante deuote petuissent prohibentur intrantes bellum vel mare: quia in istis non deficiunt virtus corporalis. idem in hiis qui occiduntur a iudice. Semel in vno anno debet dari et non pluries: quia licet sit sacramentum iterabile non tamen eodem anno. Et si euaserit inunctus: debet lauari et lotio mittatur in ignem. Si sacerdos ministrans hoc sacramentum moriatur: suppleat alter non iterando quod factum est. Forma ducendi ad infirmum habetur in missali. Quatuor facit istud sacramen

tuz. dat salutē spirituale. linit maculas peccatoꝝ. dat salu-
tez corporalē: si expedit anime. delet peccata oblita ⁊ venia-
lia. Et hec de sacramēto extreme vnctionis. ⁊ cum hīs sit
finis nostri libelli. Deo gratias ⁊ beate virgini.

Tempus ⁊ res admonēt amantissimi fratres vt ias
receptui canamus: lōgius enī q̄ crediderā euaga-
ta ē oꝛo nostra. sed spero opere p̄ciū futurū: si ista
vos eo animo receperitis: quo a nobis offerūtur. Breuissi-
me siquidē coartata est tota ratio nꝛe sollicitudinis: q̄ circa
sacramētoꝝ administrationē p̄cipue versat. Hīs itaq; pau-
cissimis cartulis cōtinetur. Vnde nemo iam post hac accu-
sare nisi propriā desidiā (vino vero maliciā) pōt. qua de re
vos affectuose rogo p̄ viscera misericordie ihu xp̄i: vt hīs
paucissimis q̄ vobis a me proponūtur: studiose operas de-
tis. ne illud p̄phete merito audiatis: qz tu scientiam repuli-
sti ⁊ ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Voleo
enī ex corde neq; cōsolari possum nec volo. Cū mēti recol-
lo: quot curati quot prelati ob tam parue rei tamq̄ facili-
s ignorationē: in inferis claudūtur. Ceterū erit aliquis for-
tasse ex vobis q̄ sibi sapientioꝝ videatur: ⁊ cur loca ⁊ docto-
res quoz dicta ⁊ doctrinā posuimus nō nominauimus: et
allegationes ad loca ipsa fecimus incusabit. sed aduertat
is deposito supercilio: qđ volumus in hoc parcere p̄lixita-
ti. Et simpliciores p̄terea propter quos maxime ista de-
seruimus: parū indigēt hac curiositate. fuisset ymo eis mo-
lestie ⁊ impedimento: qz nec illas allegationū abrenuatio-
nes legere scissent. ⁊ qui ista profundius scire cupit: aucto-
res quos in principio nominavi discutiat. Nos enim ita
cursum omnia transiuimus: vt nihilomāgis q̄ breuitati in-
tenti essemus. Valete fratres: ⁊ hoc magis laboris q̄ inge-
nij opusculū (quod vobis spero profuturum) vestris ora-
tionibus compensate.

¶ Laus detur deo.

CENTRO NACIONAL DE RES-
TAURACION DE LIBROS Y DO-
CUMENTOS.

Nueva encuadernación por care-
cer de ella.

Reg. nº 3. 272



